

meum fatus est effusus
et pectus a sensu ad prem.
ca scandas ouiculae quas agnosca.
vom endar. ut qd ille transantes mi
tigetur et redematur. h. lumen sive virtus
securans. et recte laue et arbitrii. or
culorum et alium et passim dicas omnes
quas tu iudicas. cui nouas
invenias greges dominos et subiiciens
te fidem. h. est petrus. qui dum ad tri
centum fuit papa discipulus du

meum pte. eccl. et vobis
na illustante clieham. aut haque
odo dom. h. aude scilicet quo me p
ne. loz cur me p. n. aude q
mea odiu erga me null optimis
latis. **Qu**iquo q. illiusm illios
consequi egros. q. gigantum traxer
euntente illios. qnq; paribus p
an qd r. tumultus moxuere. q
an forte magis. q. eni. m. et
nu celeste p. n. q. p. n. et
q. dubitas. q. p. muto. aspua

D.D. 26

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

ICR42.

VITEBERG.

SIGNAT. 1510 CCCXIII.



DE PERSONA ET
MAIESTATE FILII DEI
ET HOMINIS,

ASSERENTE
M. JOSEPHO GRABIO
FIDEI CHRISTIANÆ
GRAVIS

CONSTANTIA

Aduersus

STROPHAS NESTOREAS

¶ Eutycheas, quas illi temerè præfert ac
opponit EGID. HVN. D. utcunq; eas pingat sacrosan-
cto MAIESTATIS IEΣV NAZARENI titulo
quo ñmpie abutitur quasi FVCO contra Theologos
Bremenenses, in Epistole ad Ephesios enarra-
tione recens edita.

ΤΠΟΘΕΣΙΣ

Ecclesia Dei tuetur communicationem Idi-
omatum veram, testem unionis personalis contra Nesto-
rium, & explicationem communicationis Idiomatum
particulis distinctiis ostensam, custodem veritatis nra-
turarum contra Eutychem.

EGID. HVN D. neutrum tuetur.

Ergo illis detestandis hæreticis, qui sunt Maiestatis εξ
gloriæ Iesu Christi inimici, subscribit εξ seruit.

COLVMNA OR=
THODOXÆ FIDEI a
*Theologis Bremensibus
assertæ.*

QVI distinguit Idiomata duarum na-
turarum Christi in vnione & pro-
pter vnionem, Vna opera non solum Eus-
tychem, sed etiam Nestorium refutat.

Theologi Bremenses distinguunt Idio-
mata duarum naturarum in IPSA VNI-
ONE ET PROPTER VNIONEM,
quod HVN fraudulenter potuit prætes-
tire, delere in scriptis eorum non potest.

Ergo in Orthodoxorum Ecclesiæ nu-
mero volens nolens eos relinquat & ipse
veritati ab eis defensæ cedat necesse est.

CONSTANTIA GRAVIS FIDEI CHRI-
stianæ de Persona & Majestate Christi.

N bona causa tria verba sufficint. At bonam causam esse, fidem Christianam, de Majestate & gloria Filij DEI & hominis, qui est de patre æqualis patri juxta diuinitatem & de nostro minor patre juxta humanitatem controuersiam nullam habet. Eam vero nos asserimus, contra præstigias Nestoreas & Eutychicas, quibus multis annos vexatur ab EGID. HVN D. Ecclesiaste Mars purgenſi: Quare cum respondentum ei sit, qui in enarratione sua Epistolæ ad Ephesios nostræ refutationi sui dogmatiſ, suas rursum strophas fragiles & caducas, maledictis & blasphemis suffarcinatas oppoſuit: in causa Ecclesiæ, quam tueri omnes Christiani tenemur deesse nostro loco neq; debemus, neq; volumus.

In antithesi, quæ est murus quidam refutationis nostræ, invadere caput negotijs non est ausus. Itaq; ſaluum & invictum illud eſſe, cum omnibus membris, dedit, & quicquid teratologiarum, cauillationum, conuicitorum & aliorum id genus artificiorum chartis illeuit. Illud omne ſuo negocio pernicioſum, nostro utile, noſtrorum partium bonitatem, ſuarum vero malitiam arguit. Nam ſilendum fuiffe ei & dandam veritati a nobis monstrare, vel potius D E O palniam & gloriam, niſi tale quiddam aduersus, nos edidiffet maniſtū eſt. Postquam autem turpius ſibi duxit cedere, quam perſeuercare in errore, id quod eſt in medio fecit. In quo omnem ſuam,

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

nullam nostram ignominiam esse, omnium bonorum iudicis confirmamur, quæ sunt DEI quoq; & propriæ conscientiæ in bonis testimonia.

Vt verò fides Christiana, cùm de alijs, tum de hoc articulo, hæresis non est, sic fundamenta eius non sunt foeda tetrica fallacium conclusiuncularum colluvies, vt HVN obijcit, neq; seueriores aculei, quos firmitas & robur melioris doctrinæ nobis præbet ac porrigit, sunt contumeliae, quales aduersarij veritatis vibrant & spar-gunt, nisi forte hominem scelestum dici nefarium contumelia sit, vt si nefarius dicatur, qui est vir bonus. Sed ad institutum veniamus.

Negocij arx est, quod vera Idiomatum communis ratio sit unionis personalis duarum Christi naturarum verissima testis contra Διαχωρίζοντας Nestoreos, & explicatio illius, per particulas distinctias sit cunctos fidissima duarum naturarum contra Synchytas Eutycheos. Hanc arcem qui non tenet, nullam partem in Christo habet. Eam qui non expugnat, frustra Christo sive in cœlo sive in sanctis bellum facit.

Sed illam euertere nemo potest. Et si verò HVN palam oppugnare ipsam non audet: tamen quando illud præsidium contra Eutycheos & Nestoreos fastidit, non obscurum est, quis eius, & cuius ille sit vel non sit. Præsse fert amorem Christi. Sed profecto non amantis Christum, sed amentis incepio est, quod qui versatur in errore totus, nos, ^{qua} summam illam Filij D E I & hominis maiestatem & gloriam aduersus detestandos hæreticos juxta scripturam

CONTRA EGID. HVN.

Scripturam tuemur, imposturæ arguere molitur. Hic conatus futilis, inanis, irritus est. Victum se dat omnibus, quæ opponit. Quot cauilla obijcit, tot sunt falsitatis suæ documenta: lœdere illa nihil possunt fidei, quæ Christum petram habet, firmamenta. NAM non aliud quicquam sterilis erroris ager fert, nisi meras easq; putis dissimilatum cauillationum spinas. Quæ naturam erroris eam esse conuincunt, qui doceri, disci, teneri a quo quam verè non possit, ut eius docendi ac discendi cupidus, Doctor et discipulus ignorantie & anachoretiæ meritio audiat & salutetur.

Nusquam veram illam Idiomatum communicationem tradit. Nusquam eius explicationem per particulas distinctias sine corruptelis retinet. Idcirco & Eutychismi, & Nestorcismi reus est. Interim nos esse Nestorecos ait. Nudum hoc vocabulū sine rc, sine spe, ipsius galea, thorax, clypeus, gladius. Scilicet ficalneus, stramineus, papyraceus, imo palca, puluis.

Quomodo autem Nestoreus non sit? QVINUSquam veram definitionem communicationis Idiomatum proponit, Nusquam exempla scripturæ ad eam refert, Nusquam illam testem vniuersis personalis contra Nestorium producit? Traditur illa vera Idiomatum communicatione in Damasceni scriptis vniuersis eadem, eodem tenore juxta utramq; Christi naturam: Sed HVN ad Eph. p. f. 5. & 138. ab illo cā sic doceri negat, & ad verisimile reddendum id suum figmentum ex capite 13. l. 3. locum producit. Sed in Isagoge locum similem quem in Thes-

Argumenta
quod
HVN sit
Nestoreus.

CONSTANT. GRA. FID. CHRIST.

fibis HVN citauerat ex authoris proprijs verbis c. 15.
jampridem explicauimus. An quòd nunc ad aliud caput
Artificiū scriptoris HVN confugit, non est propterea vera in præ-
HVN quo cedentibus verbis Damasceni propria suorum verborum
contradi- explicatio: Sed maxime vera est. Nam de illa tacet ut
stiones fa= gallus victus, quanquam sæpenumero canere prostratus
oit. etiam quasi victor solet. Nemo vos nubilosa contradic-
tione perturbet. Antecedentia perhibeant testimonium
sequentibus ait Augustinus. Ad obliterandam illam re-
gulam HVN artifex probus est, Et sic contradictiones
in scripto nostro et alijs efficere promptus ubi nullæ sunt,
ut videre est p. ad Eph. 152. 153. &c.

Eph. b. 5. Vult quidem etiam videri resistere Nestorio, sed
c. 3. 4. ut Euticheus opponit ei confusionem idiomatum, quam
416. &c. etiam scripturæ & Patrum testimonijs, quæ sunt exem-
pla veræ comm: Idiom: , quibus utcunq; potest, infert.
Quibus autem absurde impingendam sentit ipsemet, ea,
cum nobiscum orthodoxe intelligere nolit, referre palam
ad Nestoreisum cogitur, & sic palam Nestorea defen-
dit, ut & in ref. p. 33. 172. 177. ostendimus. Correximus
autem p. 144. ref. solæcismum eius, cui Nestoreismum
malè credidit. Orsus enim sic Nestoreismum: Humanam
Christi naturam fuisse quasi in duabus rebus, in loco &
λόγῳ &c., ubi pergere debuit, quod in uno loco nata
sit, passa, crucifixa etc. ille animaduertens, apertius Ne-
Male cre- storeismo suo nihil esse posse, si generis similitudinem con-
didit Hun seruaret, quid faceret & cogitauit, aptus hic mihi solæ-
sum Ne- cismus erit. Ego magnus Doctor sum, quis crederet me
lapsuma

CONTRA. EG. HVN.

Nestoreismū

Bapsum in prima Syntaxeos regula: Si Tyro Grammaticæ hoc deprehendet, autoritas mea longe maior est. Sim alius, ego crimen falsi ei obijcam. Ita sane perrexit: Vno in loco natus, passus &c. & sub finem rediit ad genus foeminitum: extra loci rationem λόγῳ unita man- sit. Euenit, ut ei hanc fraudem exprobraremus, ille, per crimen falsi nos mutasse sua verba & Nestoreisnum immerito impegisse sibi scripsit, p. ad Eph. 345.

Sed nihil respondere habuit de eo quod monuimus: (cogitet de Christo pendente in cruce, si de eo dicas carnem fuisse in duabus rebus, & in loco esse passam, in λό- γῳ fuisse omnipræsentem, quid aliud, quam τιλὸν ἀνθρώπον, id est merum hominem, & non θεονθρωπον DEVUM & hominem passum dices) Et p. ad Eph. 530. Stropham illam suam, quod humanitas proprietate natu- rali sit in loco, & omnipræsens in λόγῳ repetit, Et eam non esse contradictionem dicit. Sed contradicton non est, ubi utraq; pars est falsa. Falsum autem utrumq; est, humanitatem extra unionem Iesu λόγος esse localem, & in unine esse ubiq;. Alterum enim Nestoreum, alte. Hic Rhos- rum Euticheum est. Manet igitur, quod contradicton d^o hic Sal- sit: humanitatem subsistentem in persona verbi, incon- t^o, Nequit fuse (nequaquam sublati, sed magis saluis discriminibus ostendere naturarum propter unionem) esse & localem; & omni- HVN con- præsentem. Et sic præterquam quod Eutichianus est tradicton- Nestoreum se esse HVN dat, & verum tantum est, quod nem non es- humanitas Christi sit localis, & ruit superbium Ilium ubi se: quod quæciorum.

humanitas
Valde sit localis;

Ubique CONSTANT. GRA. FID. CHRIST.

In Vnione Valde autem ridiculum se præbet, quod Nestoreus
INconfuso intus & in cute, nos esse Nestoreos autumat. Non tam
sa Vlcisci facile est Nestoreismum a se remouere, quam incurrere.
Vult HVN Scilicet fatebimur, Veram communicationem idiomatum
ingratus & orthodoxam eius explicationem, contra Eutychem &
quasi iniu- Nestorium traditam: non esse orthodoxam, sed Nesto-
riam, quod ream, quemadmodum HVN præscribit: Ut ignoran-
errorē ipſi tiæ Doctores, cum Nestorio extra unionem naturas Chri-
demōstra- ſti discerpant, & Vnionis prætextu cum Eutychē con-
uimus. Sed fundant, & pedibus ibimus in eorum sententiam & pro-
neruos nō scribemus cum iphis omnes Orthodoxos, patres Ephesi-
habet in er nos, Calcedonenses, omnia scripturæ dicta ad Nestoreans
yore con- distractionem, & Eutychēam confussionem rapiemus, &
tra verita- præ Nestorio et Eutychē, celebrabimus eos, ut DOCTO-
tem, quam RES NOSTROS, quos sic in thesibus HVN vocat, quoni-
uis eam cri am Nestoreismum & Eutychēismum, tam feliciter con-
minatur ut iunxerunt, quod ante ijs p̄i audacia & successu fe-
errorem. cit nemo. Sane ſt hoc faciamus, reddituram Ecclesiæ
concordiam & tranquillitatem ominantur, cui nos ob-
ſtare ſcribunt, quia non obsequimur. Sed res nimis
malæ fidei atq; ſucepta, & mali ominis eſt. Siquidene
egregia illa dogmata ſubdolè cœlant, & perpetuæ obſcu-
ritatis ambagibus inuoluunt, & autorum ſuorum nomi-
nibus non oſtentant ac venditant. Ideo non modo Ne-
ſtorio pro una duarum naturarum hypostasi, ſed etiam
Eutychi ut custodiatur veritas utriusq; naturæ, Ortho-
doxi occurrunt & resistunt. Quod iſorum more
HVN quando & ubi facit s,

Non

CONTRA EG. HVN.

Non ille, quando de naturis est sermo, vel explicat. **Argumento**
candæ sunt propositiones, in quibus est nouowvia id iusta de Eus
ματων, in ipsa Vnione suis naturis proprietates suas tycheismo
vendicat. Nusquam scripturæ dicta, vel patrum regulae **HVN.**
las, de distinctiis contra Eutychem propositas esse dicit.
Imò cùm sermo est de naturis, Idiomata confundit, distin-
ctias ad utramq; naturam rapit, de natura humana pro-
prietates diuinitatis enunciat. Quando sexcenti patres,
dicunt: Nequaquam sublatis, sed magis conseruatis
naturarum proprietatibus propter Vnionem: Non ille
hic exponi dicit, quid sit οὐργύτως inconfuse, Sed
mallet obliterare ac in hilum redigere hoc decretum si **Decretum**
posset. Quia verò id negatur, p. ad Eph. 123. mutat: **Calcedon**
quasi omissa mentione unionis dixissent illi solum: nense con-
Saluis naturis manere suas proprietatcs. Non autem tra Eutyc-
hoc saltem, sed multo plus dixerunt illi contra Eutychem. **chē HVN**
Quoniam enim Eutyches attendit ad personam, negle- ter mutata
cta vera distinctione Idiomatum in ipsa unione, & sic de-
sciscens a distinctione naturarum admittit confusionem,
quemadmodū Vigilius ait: ne cū Entyche colluderet patres
Chalcedonenses, sed ut furorem eius anathemati darent:
propter unionem, & in unione distinguendas naturas
esse sanxerunt. Mutauit autem HVN isto pacto decre-
tum, ut postmodum p. ad Eph. 340. particulas οὐργύτως
nī ωχωγισος, inconfuse & inseparabiliter ad Ne-
stioreutychiam stropham de proprietate naturali, &
unionis prætextu facilius detorqueret. Quemadmodum
p. ad Eph. 157. rursus aliter mutauit leuissime, quasi

CONSTANT. GRA. FID. CHRIST.

Calcedonenses ita tantum locuti fuissent: Haudquaquam naturarum differentia unionem tolli, sed potius utriusq; naturæ proprietatem seruari.

Verum Nestoreismus, quoniam unionem nō^{ad} uos&σιν non agnoscit, & naturis Idiomata, sicut proprietate naturali εν παραστασει eis conueniunt, tribuit, resistere Eutychi non potest, Qui unionem rapere ad confusionem expeditus & solers est repagulis distinctio-
nis in ipsa unione per Nestorcismum ablatis & remotis.

Cum quo si ipsi HVN rei nihil est, cur sciens nescit Eutychis vel Eutychesimi descriptionem, quam ex Vigilio in antithesi γ. 3. recitamus?

SED illis corruptelis tribus, paucorum verborum, quæ opposita sunt Eutychesmo (quibus ut immanis bestia, perfringere laborat cancellos Symboli Calcedonensis) eoipso Eutychianismo se captum detineri, quasi pulsus & tumultu declarat.

Manifestè autem oppugnare neq; audet neq; posse, quod juxta decretum Calcedonense, integre & dextre, (quemadmodum contra Eutychem propositum fuit) conseruatum & acceptum, assueramus, humanitatem Christi realiter increata & æterna omniscientia prædictam non esse. Itaq; neq; sententiam nostram recitat, neq; decretum Calcedonense verum: Sed aliud quoddam de-
cretum & aliam quam nostram illam propositionem.

Quod si autem ea re delectatur, ut quæ sibi in mentem veniunt alijs attribuat, id minime liberale esse, vel ex Ethraco discere potuit, & sic in ipsum recidit,
quod

CONTRA EG. HVN.

quod impudens figmentum dixit. Quis enim aliis quæ et nostra & aliorum non sunt, & tamen HVN scripsit, nisi ipse excogitare & nugari potuit, ut loquitur p. 157 c

Ex ipsius ore, quod figmenta sint quæ ibi & p. 139. esseuerat, sumimus. Nam non tuetur sartum & tectum, decretum concilij Calcedonij, Neq; igitur, Ambrosij Damasceni ac Theodoreti regulas integras præstat.

Non sunt Ambrosij verba, per diuersas naturas discerni, quod diuinum & humanum est: sed, per diuersas naturæ proprietates, Nazanzeni & Damasceni definitio est, Proprietatem esse immobilem, nec manere proprietatem si moueatur aut transferatur, id est si proprium in quarto modo, in aliam classem dimoueatur. HVN inseruit, si E SVA CVI INEST NATVRA.

Atq; ijs ita deprauatis, existimauit illud Theodoreti, negat naturas qui negat proprietates, suo Eutycheismo nihil obesse posse. Sed est ne hæc fides bona de qua gloriatur: An hinc, quod ait, se contra omnem confusionem naturarum & Idiomatum tueri regulas illas, constabit: Cur ergo confusionem (quæ fit proprietatibus in ipsa unione non distinctis secundum Eutychem) neq; juxta Damasceni Ambrosij, Theodoreti, regulam, neq; secundum Symbolum Calcedone factum vitat: Cur ut confusionem committat, ea omnia quæ sacrosancta esse debabant per crimen falsi ut videmus vitiat?

Cæterum reprehendens & execrans nos, quod ob unionem & in unione Idiomata discernimus, quasi unionem soluamus, quid execretur & blatiat nescit a z.

b. o

HVN pro^s CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

bat nos es^t b. & p. 426. ad Eph. Nam se esse Eutychianum pro^s se Ortho^s bat, quoniam in unione non discernit proprietates, sed doxos & confundit, Nos autem docet esse Orthodoxos, quae se Eutychi non confundimus, sed discernimus, & Eutychi ac Nestorius fenestram ad nequitiam claudimus. Igitur non nobis, sed ipsi debetur anathema juxta sexcentos Chalcedonenses. Quandoquidem ab Eutychie se abhorrere & dissentire non declarat.

Non autem mirum est, quod nos execratur, Quid HVN exē^s aliud facit patribus Calcedonensibus, Ambrosto, Nazan^ratur or^s zeno, Theodoreto & Nam mutilare dicta eorum, ut vi^s thodoxos deantur Eutychi subscribere, est doctrinam ipsorum damnare. Sane quod Athanasius dicit, ut p. ref. 132. annotauimus: Qui fide præditus corpus illud tetigerat, utrumq; tetigerat, manu quidem corpus, fide vero Deitatem: de eo ne quidem negare audet se scripsiſſe (quod obiecimus) blasphemiam esse in Ecclesia non tolerandam. Eadem ipſius egregia censura est, de hoc Leonis: Verbo operante, quod verbi, carne exequente, quod carnis est. Quam explicationem per falsi crimen, ut qu. 66. ref. notauimus, amputauit, quod Nestoreutychiam distinctionem suam de naturali & personali proprietate ad eam non congruere vidit. Ita ad Eph. 121. ē Nestorij barathro esse dicit, hoc quod Damasceni est: Diuinitatis, diuina & omnipotens actio, humanitatis quæ secundum nos. Nullum est dubium, Idem statuere hominem quoq; de illo Damasceni, Non dicimus de humanitate, quæ sunt Deitatis. Quod & ipsum in Amithes subiecimus A. b.

De

CONTRA EGID. HVN.

De quo gallina, nil cecinit, unum singultum, ut existimamus, satis facere putauit.

Leuius hoc est, quod sepe scribit, nos allegare HVN rea stolide, quæ tamen ipse ne quidem cognoscere dignatur, prehendit ut præf. f. 1. post factam unionem, DEVM profitendum incognita, atq; adorandum, ideoq; VIVIFICARE &c. ibi perrexit & de ijs Athanasius: HABITA DEITATIS ratione. IN supina censuram negligentia reprehensio aliorum temeraria, quæ sit pru- agit dentia?

Talis & Theophylacti sententia est, p. ad Eph. 368. Qui (ut Athanasius, Leo, Damascenus) scribit, exprimere ultramq; naturam SVAM VERITATEM sub distinctis OPERATIONIBVS, & refellit confusionem actionum. Sic ad Eph. e. 4. b. Basiliū Athanasiū & alios patres (præter Hieronymum) FORTE obiter tantum locum ad Phil. 2. enarrasse dicit. Non diffitetur, se non legisse illos, & tamen sententiam fert. At Phocylides præcipit: Arbitr ignarus rerum vir nemo ferendus. Legat autem, quod et in oratione Athanasi contra gregales Sabellij diserte dicitur, illa verba: Qui cum esset in forma D E I, loqui de ijs, quæ ANTECEDVNT humanitatem seu incarnationem & agnoscat suas corruptelas ante tot saecula refutatas esse, & ijs deinceps abstineat.

Expedita quoq; res nostra est, de illo, quod Naturæ humanæ, & humanarum infirmitatum assumptio Locus ad inseparabili nexu cohæreat. Nam loquimur de statu humani Phil. 2. a militationis, non cum HVN, sed cum Ecclesia.

Per quam vero insulsa & absurdæ est distinctio ditus ex nobis expe
Ne= Athanasio

SIM RE^o CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

futatione Nestoreutychea, de dupli proprietate, alia naturali,
Et hoc po alia ex praetextu unionis personalis ab HVN introducta.
sterius ipse Quam ad multa scripturæ dicta de communicatione Idi-
HVN con- omatum, ipse quoq; prorsus non adhibere audet : Ut ad
fitetur. illa Ioh. 16. Omnia, quæ Pater habet, mea sunt, Ioh. 5.
Desinant Pater meus usq; modo operatur Et ego operor. Quod
ergo lace- filius ab eterno patre nascitur, Quid a patre procedit
rare illum Spiritus sanctus.

locum c¹⁵ Quam enim absurde diceretur & filium propri-
ties ampli⁹ tate naturæ, humanitatem ob unionem operari eadem cum
Eph. 73. patre filium proprietate naturali, humanitatem ob uni-
350. onem gigni a patre?

161. p. Admodum verbosus & clamosus est altercator
HVN Ag= turbidus de Agnoetis, quorum etiam sententiam se non-
noetarum dum percepisse dat, quod ex vocabulo ἀγνοεῖν colligere
hæresin laborat, propter ignorantiam humanitatis ab eis existi-
sua stro= matam propriæ sic dictos fuisse. Sumat HVN dictum
pha Nesto= Christi: filius hominis (in statu humiliationis) nescie-
reutychea horam nouissimi judicij, & addat suam distinctionem.
resuscitat. Diuinitatem proprietate naturali sciuisse. Eandem verò
Deitatem in unione nesciuisse realiter diem judicij, &
judicium Ecclesiæ uniuersæ permittat, an non vere exis-
stimetur, cum Agnoetis statuere, impie & imperite, al-
terius naturæ esse patrem, alterius filium. Nam quod nos

Año 1582. idem cum Agnoetis sentiamus, nullo apice probare pos-
Enorme test, & cum publice pro concione nihilominus dictum
mendaci= hoc fuisse Marpurgi a Sacellano, volui ei a concione ex-
um, quod libro Theologorum Neostadiensium ostendere, quod no-
bis

CONTRA EG. HVN.

nos Agnos

etæ simus.

bis non id vere tribueret. Maluit ille nescire, quid a nobis sentiretur & scriberetur, cumq; collega suo mendacium semel sparsum propagare, ut experimur hactenus, quam quid vere sentiremus cognoscere. Testes veraces, qui accommodabant librum, adhuc viuunt & conscijs sunt multi ex studiosis. Dicit quidem Athanasijs sententias allegatas ref. p. 134. primam originem miraculorum notare, sed non ad utramq; distinctiuam vel HVN ipse accommodat Nestoreutychismum suum. Non enim dicit, interrogabat humanitus (de Lazaro defuncto) proprietate naturali, & interrogabat etiam diuinitus realiter voce instrumentis corporis facta. Et falsum Absurdum esse HVN dedit, quod humanitas in unione fecerit miraculas distinctionem resuscitati Lazari, cum de illis scripturæ (DEVS creationis Ne facit mirabilia solus Psal. 72. Christus pellit cacodæmones DIGITO DEI, & spiritu) quod responderet non haec. buit. P. ad Eph. 185. Maxime fallacem esse demonstrat distinctionem suam, ubi concedit eam non quadrare ad proprietatem localem seu dimensionum carnis, videlicet Ruina ubi humanitatem esse localem proprietate naturali, diuinitatis realiter esse localem in unione, & tamen vult diuinitatem esse omnipresentem proprietate naturali, humanitatem esse omnipresentem in unione. Absurdum autem est propter assumptionem carnis, quam prætendit magis confusse diuinitatis proprietates quam humanitas: Quando ASSVMENDI vox omnem confusionem excludit vel aduersario confitente: Qui mentis oculos præstringit sibi ipsi, tanquam fascino, vocabulo communicationis,

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

nicationis quod perpetuo confusionis ouo malo, ògvis non bona supponit.

Si ad unctionem, Nestoreutychiam illam pando-
Assertio ram transferat, cùm significat unctionis spiritus sancti do-
falsa, quod tes in carnem Christi effusas: (Nam quòd unctionem Or-
unctionem orthodoxe intelligamus triplici significatione ref. p. D. 2.
intelliga- 3. & p. 117. 118. etc. aduersus falsum testimonium HVN
mus de so- jatis nos defendit) humanitas proprietate naturali, diui-
lis dotibus nitas in unione fuerit locupletata dotibus Spiritus sancti.
creatis. Quod HVN sentire videri non vult, & tamen ita passum

Ad Eph. fuisse Christum autumat, & sic Tubingenses scripsisse,
p. 423. quod suomodo diuinitas passionis facta sit particeps, qui
est Eutychianus ipsissimus, Id quoniam nos negamus,
HVN inficiari nos quoq;, quod filius DEI sit passus scri-
bit p. ad Eph. 420.

HVN con- Et sic rursus probat, quod ipse male credat, filium
firmat se DEI esse passum, quoniam cum Eutychie sentit, diuinitas
esse Euty- tem in unione passam, nos autem dissentientes ab Eutychie,
chianum. recte credere, Christum seu filium DEI passum esse, ut
et nos non scriptura dicit

esse Nesto- Nam quoniam Eutychianismum refutamus, cum
teos. passionem carni in ipsa unione asserimus, quod Nestorius
non facit, filium DEI passum esse communicatione
Idiomatum contra Nestorium defendimus. De ore ipsum
patet quod non fingamus eum dicere, proprietate natu-
rali passum esse Deitatem. Igitur petulanter nos dicit Sys-
cophantas. Indignatur quòd in fraudem Ecclesiæ, qu. 14.
libell: omisisse argumenta de omnipotentia, omniscientia

5

CONTRA EG. HVN.

¶ omnipræsentia a nobis existimatur. Sed illa valen^t contra Arianismum ubi cum æternitate juncta constitūt. HVN autem si ea Idiomata tribuit humanitati Christi reo^t eius, quam Photini & Samosateni soboles impia, quæ & ipsa omnipotentiam & non æternitatem asserit Christo, cur de not. qu. 23. minus, quam lapis respondit?

In gratiam Eutychesmi certè illa ibi prætermisit. Quemadmodum & Nestorio & Eutycheti benigne pe- percit in libell: circa qu. 36. 37. 38 ubi Valentinianos & Marcionem etc. notauit. Sed Eutychesmus cum Nestoreismo tacite reficit Samosateni blasphemiam, ut fuz^d Germaniæ præceptor Philippus monet.

In thesibus propositionem dilucidissimam esse con- tendit hanc, quæ est controvrsiæ status: Humanitas Christi est omnipotens, omniscia, omnipræsens. Nunc præconium vetus conticescit, & ad Eph. b. & quasdam phrases ambiguas quasi eius declarationem esse signifi- cat. Ergo non in scriptura extat res, quam quondam contineri ea propositione gloriabatur. Quoniam obscu- randa est & occultanda ipsius defendantis indicio. Non enim Eutychesmus, non idiomatum confusio in scripturæ extat, liti suæ HVN diffidit, germanum eius nomen no- fatetur, Prophetas, Christum, Apostolos, orthodoxos omnes, fuisse Eutycheos ostendere non potest. Multo minus Eutychesmum esse maiestatem Christi probare potest. Non dicit ipsemet explanate se Eutyches- mum propugnare.

Vbi p. ref. 75. & 170. Eutychesmum diximus

B

¶

HVN im-
clinat ad
Arianismus
eo ipso
quod fouet
Eutyches-
mum.

HVN diffe-
dit suo Eut-
ychesmo

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

Bdēluyua, quasi grande nefas & iniuria esset hæresin appellari, ut meretur, hoc unum eximit & illustri loco

HVN ponit. Pseudoprophetæ notas, quas adiecumus, & pseudo- DEI & Ecclesiæ triumphantis ac militantis testimonio- propheta. um, sicco pede transiit, quæ copiosa fuisset seges, si de- Prosoopo metere illam potuisset, ad superstruendis justas de nobis phistæ ar= querelas. At suis nominibus appellauimus prosoposo- chitecti phistas & mendaciorum architectos dolosos. Hæc mendacio= enim exilioribus literis exarata depresso, grandioribus rū dolosi. characteribus eminere conspectius fecit, odio digni, exce- crandi &c. Sed si mutemus & dicamus: O amore & OMNIS REVERENTIAE cultu digni, dolosi mendaci- orum architecti etc. Viuite felices, non videmus hoc fu- turum concinnius, & ipsis utilius. SIQVIDEM volunt, ita sane posthac scribemus.

Sophistæ In auribus meis portenti instar fuit, quando Sō- oppugnat phistas dissoluendæ veritatis sp̄cim facere leuibus spiriti- inani & bus primum accepi. Sed omnes paginæ HVN loquuntur, deridendo quod adeo sint enerves illi tumidi Sophistæ, ut nullū ve- conatu ve= rū argumentum convertere in falsum valeant. Et tamē ritatem. flagitiose gloriabundi sunt, quasi sanam doctrinam in hæ- resin, bonos spiritus in malos, cœlum in infernū, cacodæ- mones in DEV M transmutassent. Ad Eph. D. G. Sic est formandum argumentum Grabij inquit HVN. Sci- licet in arguento formato quod carperet non inuenit Momus, quod est oppositum Eutychi & Nestorio.

At Nestoreos nos esse, HVN exemplo magnorū Ty- rannorū dñithuxa sibi sumfit imperiosiss: quod ut viati-

co

CONTRA EG. HVN.

eo aliquo instrueret ibi: hanc propositionem ambiguum nobis affinxit: Humanitatem non esse unctam omnipo-tentia. Timidior fuit, quam ut perspicue diceret: DEVS unxit corpus Deitate secundum Damascenum vel Cy-riuum. Ergo humanitas Christi est D E VS, & omnipo-tens. Q V I autem pro suo Eutychesmo ex Damasceno & Cyrillo, quorum testimonia coniunximus, argu-mentum proponere veritus est, confirmavit, nos recte & ab illorum autoritate & ab integra definitione unio-nis, ad quam respeximus, ut ipsem et autor Ecclesiasticus l. 5. C. 3. declarat plenus, contra Eutychesmon ratio-cinatos esse.

Aliud est Idiomata in unione distinguere & confu-sionem repudiare, aliud unionem & communicationem Idiomatum veram negare. Hoc facit Nestorius, Illud Or-thodoxus contra Nestorem & Eutychem. Sed HVN ut argumentum nostrum non intelligatur, nostram ora-tionem planam in ambiguum vertit, ut imperitis Nesto-rei esse videamur. Quam imbellis & inops est in o-mni Sophisticæ suæ armatura, qui nihil aliud nunc quam illud potest.

Ait ambigue, nos affirmatiuam in negatiuam ver-tere. Sed ipse (ut aperte loquamur & nulla circu-i-tione utamur) vertit negatiuam veram in adfirmatiuam falsam, Distinctionem Idiomatu, in confusionem, ortho-doxam doctrinam, in Eutychesmon. Et quid nobis imputat insolens criminis loco, quod scriptura facit &

CONSTANT. GRA. FID. CHRIST.

Scilicet ut sacrarum literarum doctrinam, quasi nostram, qui sumus in mundo spreti, abieoti, autoritate & opibus destituti, hoc stratagemate in contemptum adducat. Sed veritas non ex persona dicentis, verum persona dicentis ex veritate estimari debet, secundū Tertullianum. Scriptura negat humanitatem Christi esse omnipotentem, quando dicit Christum viuificatum SPIRITU, declaratum in resurrectione Filium DEI per Spiritum sanctissimum, id est juxta diuinam naturam, conspectam gloriam eius tanquam unigeniti a Patre, viuere cum potentia DEI &c. pellere Diabulos digito DEI &c. Ichoua miracula facit solus.

At veram adfirmatiuam contra Nestorium ubi HVN tuetur & ubi proponit & ubi eius mentionem facit? Hanc verò nos defendimus, videlicet, quod Homo Christus sit omnipotens, propter unionem personalem, seu quod DEVS unxit corpus Deitatem. Hanc si nos negare HVN probaret, Nestoreos nos esse ille apodicticus Sophista, seu Sycophanta, quodam jure suo exclamabit ut solet: demonstrai, demonstrai, conuici vos. Sed propositione illa nos errorem occultare dicens, se in errore versari probat.

Nam ab orco rediens Nestorius, carperet illam propositionem: Homo est omnipotens, ut illam, DEVS est crucifixus, & Eutyches ei non aliam opponeret, quam hanc, Humanitas est omnipotens, quem idmodum assuerauit idem Hæreticus, Deitatem esse passam.

Quid fuit, quod HVN vituperaret veritatem,
qui

CONTRA. EG. HVN.

qui ubi reddenda ratio reprehensionis fuit, ad latebras
ambiguitatis se contulit & vnde, ut ille Thraso post prim-
cipia, omnibus signum daret. Si esset Centurio procul-
dubio ita instrueret suos milites, ac ipse sibi caueret loco.
Prouocauit ad suam incomparabilem Dialecticam, intelli-
gens Sophisticam, eam si esse nevñv & ωατνv ut dicit Pau-
lus, antehac nesciuit, nunc re ipsa experitur. Nam quod
scripsimus, constat magis inuictum & immotum, quam
cautes Marpesia, videlicet, realem omnipotentiam hu-
manitatis Christi, esse ignotam scripturæ & orthodoxæ
antiquitati, juxta testimonia Damasceni & Cyrilli.

HVN
Thraso in
Theolog-
gia.

Nec dixit HVN, sic est formandum argumentum
Grabij, quod ex Cyrillo sumit. Calidum & ardens
nimis illud Cyrilli fuit, sed versa in ambiguam, plana
propositione nostra, suo Senatusconsulto sibi trophyæ
& triumphos decernit ac statuit, in quibus insultare
nobis conatur.

Hoc est scilicet sustinere incomparabile præconi-
um, quod HVN D. sit alter Melanchthon. Et talem
tantumq; virum Eutychismus ex Charitinis in Cattos
proferendus postulauit. Nobis magistellis, quos sic vocat
a Statio præceptum existimare vult: Tu procul hunc
sequere & tacitus vestigia adora.

Pag. ad Eph. 144. Postulat ut agamus disputato-
res apertos, & non Sophistas malitiosos, propterea quod
præstigijs ipsius, quibus prætextu unionis corpori Chri- HVN sibi
sti idiomata Deitatis attribuit, instantiam hanc opposu- & suæ
imus in refutatione pag. 55.: Corpus Domini Doctoris doctrinæ

B 3

inuisibile ipsum eti

toritatem CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

admit. inuisibile fore respectu animæ, & non ex proprietate naturali. Nam & Athanasius unionem duarum naturarum in Christo cum unione animæ rationalis & corporis contulit in Symbolo suo. At DOCTOR ultrò it perditum autoritatem suam, quod ob argumenta ex hypothesibus suis extracta, Sophisticam & malitiam nobis exprobrat. Nam si maiestas Christi est, quod humani-
tas ipsius propter unionem est realiter omnipotens, glo-
ria quoq; Doctoris erit, quod præ ceteris hominibus cor-
pus ipsius ob unionem cum anima est intelligens, inuisi-
bile. Nimium se abijcit, quod illam gloriam suo corpori
ob unionem non vult tribui, aut conscius sibi est, quod
imponat omnibus hominibus, afferens maiestatem talem
carnis Christi, qualem tribui suo corpori unionis præ-
textu ægre fert. Iubet nos probare de corpore Christi,
quod sit inuisibile. Sed hoc etiam Doctor afferit, in
quæstionibus & ad Eph. 346. Si inde similiter de cor-
pore ipsius ratiocinemur, metuendum nobis ab eo ite-
rum erit sophisticæ & malitiæ probrum, nihil suave
D. HVN meritum est.

in calore P. ad Eph. 357. Oblit⁹ ei⁹, quod furor iraq; mētē præ-
iracundiæ cipitāt, irrefutabilem suā instantiā oppositā Anhaltinorū
incautior. argumento perstare ait, aduersus omnes Sophisticationes
quas sophistarum pater &c. Sed eo ipso quod ἀλλό-
τοια se proferre concedit ante illam execrationem, quan-
do sana & sedatamente fuit (Scio inquiens argumen-
tum Anhaldinorum de his quidem nihil agere) sc. de mo-
dis subsistendi in D. EO, qui sunt Tgo woi u waggesw. &
gra.

CONTRA EG. HVN.

gradibus præsentiae diuinæ in creaturis) suam deceptiōnem esse a non causa ut causa ostendit, & nos non aliter argumentari, quām faciunt ij, quos agit Spiritus dicens in omnem veritatē. Denuo autē ibi perturbauit gradus ac species præsentiae DEI & Ἰωπάστωρες. Alicui nostrum argumentum particulare esse cauillari non potuisse. Quod non in schola Aristotelis, nedium spiritus sancti didicit. Quis autem præterea sit ludus aut schola ipsemē paulo ante ut angelus lucis retulit.

P. ad Eph. 146. Eutycheismo se explicaturus, magis implicat. Inculcat enim stropham suam, quod omnipotentia sit idiomā extra unionem & donum in unione. Non autem in refutatione ex illo griffo recens nato argumentari potuimus, omnipotentiam esse donum, sed hoc ratiocinati sumus ex eo quod scribit HVN. qu. 75. Plenitudinem Deitatis esse spiritum sanctum, uniuersa plenitudine super carnem Christi effusum, quibus verbis interpolat HVN quod Brentius dixit, Deitatem duo significare, Deitatem distribuentem dona, & dona Deitatis distributa, Item aliam esse Deitatem participantem, aliam participatam. De his ubi respondendum est, ille fingit ex voce χαρισμάτος nos exculpere, quae obiecimus. Sed ibi Rhodus, ibi saltus. Licuit autem Brentio Deitatem aliam vel nouam introducere, & licet ipsi HVN candem ubi libet interpolare: Sed nos perfidos recordes, impudentes dicit ad Eph. g. 2. quod eam exemplo Brentij simplicius appellamus. Certe HVN illud Athanasium, minor patre secundum humanitatem, ad suam

Noua
Rhodus,
nouus / cl.
tus.

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

nouam Deitatem seu confusionem (qua dicit humanitatem realiter omnipotentem) rapit in propositionibus, Thesi 75. & hanc inferiorem carnis maiestatem passim nominat, & sub persona filij distinctam a maiestate essentiali patris & Spiritus sancti, Thes. 49. ad Eph. e. i. & quondam in Thesibus realissimum quiddam, quod esse possit, & libel. qu. 56. quod esse posse constet, simile quiddam realis distinctionis personarum in diuinitate, Huius gen. & ad Eph. 162. quæ relatio sit aut τρόπος ὑπάρχειως meritis vide in diuinis, Quæ presupponat ÆTERNAM Deitatem plura in Thes. 97. 98. qua humanitas nō sit æqualis DEO, Eph. e. Isagoge ad 3. etc. Quātū absunt hi flosculi ab eo, quod Nicephorus The. 39. scribit, impie & imperite Agnoetas fecisse alterius naturæ patrem, alterius filium? Si se Doctor ignorat, intueat HVN Ag= tur in hoc suæ ignorantiae speculū, & desinat stolidè alijs mōsta. obijcere falso errorem, in quem ultra aures ipse demersus est. Nam propter cōmūicationem innocentium nulli unquam flagitosi ac fontes criminibus absoluti sunt.

Autumat vero Agnoeta noster illo suo figmento illustrari Deitatem Christi (Eph. b. 6) Sed omisit alia quando tandem epitheton æternam, quod opponit alias nāτα ἀδόλσοχια vel Deitati participatæ, qui est Nestoreismus, de quo cum quoq; p. ref. 85. conuicim⁹: vel Eutycheæ cōfusioni, quæ fingit humanitatē onipotētem, ob nudū respectū ad Deitatē, et prætexit unionē. Dare igitur HVN videtur aliquantulū, hæc figmenta sua nihil esse. Nō enim aliter seres habet, quam ut Deuter. 6. dicitur: Audi Israel, Dominus DEVS noster, Dominus unus ēst.

Sed

CONTRA EGID. HVN.

Sed quicmadmodum intelligendi vis in anima rationali hominis non illustratur, si fingatur corpus hominis intellegens, sed obscuratur: Ita multò minus Deitas Christi honoratur, commento siue Eutycheo siue Nestoreo de humanitate realiter omnipotente. Concedit illud HVN de corpore & anima hominis. Nusquam enim adfirmare audet, ea similitudine suam opinionem illustrari. Ait autem dissentaneam esse ad refellendū suū errorem. Exemplū SED male judicat, quem error delectat. Ergo exemplum de propria de idiomatis in quarto modo, aptum esse propositioni eiusdem generis recte omnes sani judicant, quibus quoniam non assentiendum sibi esse HVN putat: prijs in multorum absurdorum seruus fit: Qualia sunt, aliquid quibus ad propositiōnē realiter alteri communicari, ne fiat eius idioma. Quibus de talibus verbis hoc vult dicere, fieri aliquorum idiomatum con- fusionem, verbi causa, vitæ in homine. Sed absurditatem proprijs, vanæ opinionis planiore dictione exponere veritus est, ut fraudes essent occultior. HVN cit dissentaneum. Eodem pertinent illa: vitam corporis idioma non esse, corpus ipso animæ idiomate vivere, ut somniat humanitatem Christi esse omnipotentem propter nudum & fictitium respectum ad Deitatem, surda quia cui prætexit unionem: Gen. i. Propheticum illud, factus est homo in animam viuentem, loqui de vita animæ, & non de vita, quæ est idioma corporis: nūquias proprium esse, quod rei tantum per se & ex suæ naturæ proprietate competit. Nos ludere ambiguitate proprij, quando vitam idioma corporis esse dicimus, eo quod non possit abesse ab humano corpore citra subiecti corruptionem.

B 5

Verūm

CONSTANT. GRA. FID. CHRIST.

Verum HVN veritatem ambiguam & errorem,
Vera defini- & suum Eutycheijnum veritatem dicit. Nazanzeni
nitio pro- & Damasceni definitio rugijs propria docet. Ei qui
prij. non assentitur, is implicat contradictionem, ac destruit
veritatem. Id ne judicaretur HVN committere, in-
fudit ei acetum sui Eutycheismi. Sed illo effuso, cum
scriptura refellit errores, cum alios tum ipsius HVN.
Itaq; nullis displicet, nisi qui non sunt orthodoxi. Vitiosa
est definitio, quam HVN excogitauit juxta canonem Eu-
tycheum, ad idiomatum confusionem in omni unione ad-
mittendam, contra DEI verbum, orthodoxos scriptores
Vitiosa de & naturam rerum, quam DEVS ostendit. Eam ridi-
finicio Eu- cule irrefutabilem dicit. Siquidem uni cum Eutycheismo
tychea. ante tot sœcula e scholis & templis Ecclesiæ explosa &
HVN non cincta est. Propheticum illud, quod homo sit factus in
agnoscit animam viuentem, vel homo viuus, de utraq; parte homia
vitæ gemi- nis essentiali loquitur. Quæ distinctam & geminam
nā in homi vitam habet, Quod non ex Eutychis turbidis & virulen-
ne secun- lis cisternis, sed ex limpidis & salutaribus fontibus Israe-
dum I. ca. lis, haurimus. Nam dicitur DEVS inspirasse spiracu-
Gen. lum vitæ etc. Gen I. : Quod ut animæ a DEO, non
ipsius DEI, sed propria quædam vita, sic ab ipsa anima
corpori, non ipsius, sed sua quædam vita impertiatur, ut
suo beneficio in corpus tributo & DEO grata sit &
eius beatitudinem repræsentet : Ideo & Christus, corpus
occidere possunt, animam non possunt ait, ut sic hominis
præ bestijs gemina sit vita, quarum altera perennis, al-
tera brevis temporis est, hæc εὐεργύημα effectum &
quasi

CONTRA EG. HVN.

quasi soboles animæ, illa ἐνέγκυα & effectum proximum & immediatum DEI. Quamobrem nihil planius & certius est, quām vitam corporis altam esse ab animæ vita. Quæ quamvis nō separatur donec anima in corpore agit, tamē a sua causa & principe distincta est. Manet autem animæ sua vita, etiam postquam corpore excessit, sicut & igni suus calor proprius reliquus est, postquam ferrum ab eo candelatum, vel in ferro candor & calor extinctus est. Itaque non nudo ignis respectu sed propter nouam qualitatem in ferrum transmissam candens ferrum dicitur. Et sic non fictitio ad animam respectu, sed propter beneficium propriæ vitæ ab animæ gratissimo hospite communicatum, corpus viuū dicitur. Si HVN non intelligit omnipotentiam in carne creatam (respondentem vitæ, quæ est proprietas corporis, vel calori, qui est noua qualitas in candente ferro) cur dicit plenitudinem Deitatis, spiritum sanctum uniuersa sua plenitudine super carnem Christi effusum? Cur alia, quæ in Isagoge ad Thesin 36. ex ipsius dogmate conscripsim⁹? Certe cum falsæ sint eius hypotheses; vitam corporis idioma non esse, corpus ipso animæ idiomate viuere, etc. qui nihilominus humanitatem Christi etiam ob Eutychem fictitium respectum vult omnipotentem, cui unionem prætexit, ad quem neq; igniti ferri, neq; corporis viui exemplum congruit: quin archetypum se ostentat tabellarum, quas in bono lumine ponendas dedit, pictara sui hac in illis valde illustri proposita? Sophistas de cœpis in HVN interrogatos, allia respondere & tales tempore Bacchana chetylus liorum risus captandi causa tolerari & audiri. suæ pictua.

ræ ad viuū

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

expressæ a

se ipso feli-
cissime.

HVN abu-
sus parti-
cula Da-
masceni.

HVN di-
stinctionē
Cyrilli ab-
ripuit ad
Eutycheis-
mum,

P. 178. & alibi tò à Siás&Ios Damasceni pro suo Eutycheismo subinde urget, sed cum Damascenus id opponat Nestorio, non Eutycheismum subleuare voluit, quem dictis, quæ HVN è Nestorij baratro esse autem at, refutauit. Idem Cyrus facit, ut annotamus in Isagoge p. 43. 85. Nihilominus HVN p. 130. quando inquit Cyrus, ut homo per gratiam accepit, quæ ut D E V S natus raliter habet &c. eam distinctionem eandem esse cum sua Nestoreutychea jactitat. Sed Cyrus Phoenianis occurrat altero membro & Arianis, qui filium D E I ante assumptam naturam ueris amevoꝝ & æterno patri opere inficiantur: altero Nestorium confutat, volens hunc hominem, quem intelligit personam subsistentem in duabus naturis, esse æternum, omnipotentem, infinitum essentialiter justum, misericordem & omnia esse, quæ D E V S sit, & rursus D E V M esse passum, crucifixum etc. Quæ est eadem idiomatum utriusq; naturæ communica-
tio, quam non agnoscit HVN. Sic enim de incarnatione unigeniti cap. 7. & s. scribit: Idem in eodem D E V S. & homo, in quo sua dicit D E V S verbum, quæ carnis sunt propria, quia ipsius est corpus & non alterius, & vicissim facit cum sua carne diuinæ maiestatis suæ operationes. Item, de recta fide ad Theod: & in expositione Symboli Niceni: per unionem dispensatiuam propria fecit D E V S verbum, ea quæ carnis sunt. Non enim erat alterius cuiusdam sed eius potius, quæ inenarrabiliter ei erat unita, CARNIS. Ita enim verbum caro factum est. Meminerit hunc Cyrilli locum HVN

ad

CONTRA EGID. HVN.

aduersarius veritatis. Nam & hic eadem communis catio idiomatum utriusq; naturæ docetur. Quia confirmata, sua sententia erronea, in qua eandem esse rationem communicationis negat, cessurum eum libenter considimus, ut spem facere videtur.

Fœde locū Lyrani p. 159. 160. ut malus coc⁹ discer⁹ pit, ut ad Nestoreutychiam distinctionem detorqueat: quod increata & æterna omnisciētia extra unionē sit Dei tatis, proprietate naturali, & in unione realiter competat humanitati. Sed non extra, verū in unione discernit Lyranus, & eandem Christo omniscientiam cum patre asserit, dicens Christus in DIVINA NATVR Ahabet eandem cum PATRE scientiam. In humana natura OMNIA quæ DEVS cognoscit NOTITIA VISIONIS. HVN vult notitiam visionis esse æternam illam omnisciētiam quam cum patre eandem habet. Sed contra hanc distinguens Lyranus negat, igitur HVN confundens, & cum Theodosio & Macario, eandem Christo juxta usq; naturam scientiam tribuens, in anathematismum, quo illos hæreticos Synodus Constantinopolitana sexta affecit, incidit. Et nugatio est, quod sublimior modus omnisciētiae sit proprietas naturalis, & ex unione sit inferior, Quæ est ipsa confusio. Sic verba Christi Ioh. 6. ad Eutychismum rapit p. 119. Nam quod ait Christus HVN Ego sum panis, qui de cœlo descendī, quæ dat vitam mun̄do, accipit HVN de proprietate naturali diuinitatis. verba Chr̄st Quod sequitur, caro mea est, quam dabo pro mundi vi- sti ad Eu- ta, HVN de eadem omnipotenti virtute viuificandi, quæ tycheismū, sit

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

fit realiter humanitatis in unione intelligit, idq; huic ambi-
guæ orationi vult inclusum: carnem in societatem eius-
dem diuini operis peruenisse, sed refutat Eutychesimum
Christus quando dicit: corpus pro vobis datur, sanguis
pro vobis effunditur. &c. Ideo prætermittit ea HVN
p. ad Eph. 380. in verbis cœnæ, quæ docent non tantum
de unione personali, quod fatetur HVN, sed etiam de
Christi utraq; natura, earum idiomatis & actionibas di-
stinctis, ut & de officio. Ille urget tantum, quæ putat non
obesse suo Eutychesmo, illa videlicet, corpus meum, san-
guis meus.

HVN Sa=
cramenta=

Sed cum hæc, quæ ibi prætermittit, tum alia, decla-
rant, eum a negocio cœnæ verū corp⁹ Christi & sanguis
rius.

Responso
ad obiecti-
onē HVN
ad Eph.
379. &c.

substituere, quo nuda Symbola relinquunt & facit, quan-
tum in ipso est. Illud autem phantasma Marcioniticum
nos recipere Verba cœnæ non sinunt, Ideoq; non remo-
mouemus vnionis respectum, quod Eutychesimum seclus-

dimus, & vnionem personalem duarū naturarum funda-
mentum esse presentiæ in cœna negamus.

Aliud enim est cœna Domini & præsentia in cœ-
na Domini, aliud articulus fidei de vnione. Et præsen-
tia in cœna Domini consistit non in physica aut locali
coniunctione rerum & signorum: Sed in ordinatione
diuina signi ad rem signatam & spirituali perceptione
rerum cum corporali perceptione signorum. Illa vero
Christus, ut mediator DEI & hominum sanxit anno cir-
citer 34. etatis. Et hæc est causa & fundamentum

præ

CONTRA EG. HVN.

præsentia in coena. Quam quoniam in unione personali non ponimus, aduersario confitente, non confundere nos articulos fidei cum Sacramentis inde liquet, & sic more suo aduersarius cauillatus est, quod ea, quæ iuxta scripturam distinguuntur, separentur.

Non recordor magna & memorabilia facinora, quæ designasse existimari vult, dum gloriatur, frustra fuisse opus pugnatas Thes: suas de discrim: veteris & noui testam: quibus Capernaismus, de orali mandatione (ut barbarè Cyclopes loquuntur) quomodo cuncti assutus erat, cuius mentionem discretè non fecit. Sed licuit ne illas etiam oppugnare? Scit Reu: & Cl: vir Doctor Sonius, cum alijs Professoribus orthodoxis, quid tunc licuerit. Et si frustra pugnatum est, ubi sunt inanis numen tæla? cur nullius meminit? Nam ex triuio conuictum arreptum est, quod male de nobis existimare cum frustra effos Marpurgenses nullo excepto, satis incaute garrit. Sunt certe ibi multi præstantissimi & grauissimi pietate & eruditione & virtute viri, qui a contemnu honestorum hominum abhorrent, neq; probant, quæ veles quæ leuis armaturæ ab ipsis auersus spargit, & placet eis cum omnibus Orthodoxis in Germania & extra eam, quod ornatisimum collegium philosophicum publice proposito carmine cecinit VVitebergæ grauissime: Quam male de Christi persona & munere garrit?

Qui non exultum pectus ab arte gerit.
Errat ne clarissimum collegium asserens καὶ ερώτοι

Marpur:

anno 1582.

Ad Eph.

b. 4.

Cur non

etiam glori-

atur, Thea-

rit. ses nume-

rosas 231.

frustra ef-

se oppug-

natas in Ia-

goge.

Quis

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST:

Quis sine notitia linguarum, artisq; disertæ
Verba DEI sensu cum sapiente capit.

Et an HVN, qui contrarium se sentire suis dictis, scriptis et factis ostendit, melius judicat: Cum in clausula illius συζήτησεως, ad quam bis invitabar (qui finito propositum actus tempore demum cedebam ultimus petenti) adieccissem, bono studio quoniam petijsset præses, me in illa angustia temporis, attulisse quedam, in bonam partem se quoq; accipere diebat ille. Norunt omnes quotquot interfuerunt disputationi: Quām vera fuerit eius asseueratio, quæ jam post annos tot scribit, docent. Miror, si eum sui non pudet, ubi ex illam pollicitationem, & recens a se scripta confert & cogitat.

An vero præstiterit, quæ præstitisse credi vult, ex his paucis, quorum non oblitus sum aestimet candidus Disputationis lector, quorum testes possunt esse omnes, qui tunc adfusuncula de erunt, si verum fateri velint, & quæ dicebantur, aut Capernaum scultauerunt.

Contendentem audieram, patres ante incarnationis manducationem percepisse modo fructum cœnæ, non substantiam ratione ora= Subiiciebam, inde secuturum, quod Christus non fuisset ante incarnationem, & quod idē obiectū fidei, nō semper fuisset in Ecclesia: Sed hoc esse blasphemum & Samo= satenianum, & contra illud Pauli, dicentis, Christum ad= fuisse patribus in deserto. Quid queso vel tunc dices re ad rem poterat vel adhuc possit? Σκατάλευτα quædam, qualia responderi solent in falsis. Aiebat in cœna esse carnem Domini, ut fuisset in utero virginis. An

ut

CONTRA EG. HVN.

ut in Herodiadis utero, etiam voluerit (de quo ita se Ep̄. a. 3 excusat, ut colloquium quoddam fuisse, in quo illud dixerit, prope fateatur, forte, si in os dicant, qui sunt consciū & interfuerunt (quod restare unum inuit, pālān fas̄urus) nostra parum refert. N A M sequitur illud absurdum confusionem idiomatum, quam retinet mordicus, si etiam non dixisset. Sed negans a se dictum & propugnans dogma, cum quo illud & χωριστος cohæret, evenerit ipse met, quod pertinacissime alias urget. Εὐκόνα reddiderat in loco ad H. b. 10. substantiam. Obijeciebam Εὐκόνα non significare substantiam. Quae de hoc respondebat, neq; parietes resonabant, neq; quenquam auditorum extulisse scio. Inter alia dicebam: Manducationem oralem statuitis, quam non videmini habere in verbo DEI. Respondit præses: Tibi ita videtur. Vrſt ec quod haberet verbum DEI? Declaro rem simili aiebat. Ad quid simile dicebam, verbum DEI proferebat. Et cum verbum DEI nullum audirem ex ipso, argumentabam: Verbis illis; Accepit panem, fregit, dedit, dixit, accipite, comedite, oralis seu physica manducatio panis iubetur, ergo non corporis Christi: Adiiciebam & autoritatem Lutheri, qui T̄S̄TO dicit esse monstratiuum panis nō corporis. Hæc & alia si nullius momenti fuerunt, cur nō perstrinxit aliquantulū HVN pro ingenij sui perspicacia & acrimoniac. Sane dū p. 375. scribit, oralem manducationē respectu corporis Christi nō esse physicā, concedit, recte me obseuerasse, panis csum esse physicum, & corporis Christi csum talem non esse. Quomodo ergo

C

steterunt

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

steterunt ipsius Theses pauculae? Et quæ jam est oralis corporis Christi manducatio? Ait HVN esse mysticam, & vocat, MEDIANTE PANE corpus ore sumendum, q[uod] vulgo dicunt corpus latens in pane, volens ut aliis absurditatem, dictione variata non nihil opertam. At Christus non corpus, mediante pane ORE sumendum, vel corpus latens in pane, sed panem, quem ACCEPIT, conductione, secravit, fregit, dedit &c. eum, dixit esse suum corpus. Quem panem cum vino juxta verba: Hoc facite in mei commemorationem: Quoties de hoc pane ederitis etc. mortem Domini annūciate, μνημοσύνη, Symbolum &c. Tūtō sui corporis & sanguinis & omnium beneficiorum, quæ sua passione & morte peperit Ecclesiæ, fecisse, patres his ipsis appellationibus indicant, quemadmodum & Apostolus circumcisionem sigillum justiciæ fidei dixit. Fictitia ergo est oralis manducatio rei significatæ quam dicit HVN mysticam, & impostor est, qui dat verba, & non juxta mentem obsignantis maxima bona, de tanto mysterio docet. Quæ aliter, quām ut ille mediæor DEI & hominum homo Iesus Christus, sanxit & explicauit, nobis contingere nequeunt.

At denunciatæ rei præsentiam infert quidem, qui thesaurum tradit, dicens hic est thesaurus mille florenorum, ut argutatur HVN. Nondum autem probauit, quod corpus latens in pane, vel corpus ore sumendum mediante pane, sit corpus Christi, quemadmodum in HVN alios docheio aliquo vere sunt mille floreni, de quibus dicitur: in impostu Hic sunt mille floreni. Itaq[ue]d; quum ducat HVN impostas sufficiat, storem

CONTRA EG. HVN.

enem vo-

storem esse, qui dicit, hic est thesaurus mille florenorum, tans, ipse ac rem praesentem non subintelligit eo in loco esse (quod Sacramen- misicum genus est impostura, a prestigiatore excogita- tarius im- tum) quanto magis impostor est, qui fingit modum, quo postor, & res ait, qua illa non adest? Excessat igitur hinc ora- non postor lis manducatio rei signatae: Ad quam, quoniam I&O non deprehens pertinet, explicante Christo & Paulo, & confirmante simplicissimo sensu grammatico, quem Sophistae, ut Lu- therus scripsit, corrumpunt, & monstrante natura re- sum Sacramentalium, (qui sunt Symtola & similia, & res signatae in celo ac in DEO & in nobis, ut & ex Irenaeo confessio Augustini docet) quarum nihil est ora- lis manducatio; illa ipsa, τὸ ἐνταῦτῳ & etiam includere non potest, ut fideliter garrit HVN. Est enim chaos mul- signatae. I= torum portentosissimorum deliramentorum. Confundit ταῦτα; non in= Symbola & res significatae, includit corpus in pane, vel eludit τὸ si sit ad locum panis, quæ & uersoria est, fingit corpus in= uisibile, ac ne sit communiscendum corpus Christi, subinde fictitium. descendere & ascendere, assumit aliud figmentum, de corporis ubique, quod quia statuit infinitatem corpo- ris, perimit hæc vixera matrem suam, manducationem oralem, & vim facit multis articulis fidei Christianæ. Summa horum est, omnipresentem carnem, quæ caro non est, oraliter manducari, quod tamen physice non fiat. Tales φλυαριστὴ μωρολογίας de illa creatura ef- futire hominibus religio est, sed in doctrina Ecclesiæ pro articulis fidei circumferre, & non amplectentes proclamare Sacramentorum profanatores, religio aduersarijs nulla est.

C 2

Confia

Negat
HVN corp-

pus Christi
sti locali-
ter adesse
in cena et
bocipso o-
ralē esum
reisignatae
subrait ip-
se. Negat
autem lo-
calem præ-
sentiā qua-
bem Nesto-
reismus ne-
gat.

HVN fate-
tur suum
dogma de
ubiquitate
Lutherum
non in cœ-
nam Domini
ni impor-
taſſe.

HVN per-
petuo vocē
communi-
cationis p

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

Conficit etiam HVN suum Capernaismum, quod
p. ad Eph. 377. scribit: Neq; nos statuimus localiter ades-
se corpus Christi; (Nam carnem Christi retinente
suas dimensiones (cum qua coherent aliæ proprietat-
es humanæ naturæ essentiales) subsistere in DEO vera-
bo & sedere in COELIS ad dexteram DEI negat, sed in
aliquo VBI COELESTI separatum a persona verbi fini-
git) Verum cum Capernaismus, referens naturam suo-
rum progenitorum, qui sunt fratres Cadmæi, illam ipsam
sobolem suā rursus deuoret, operosa refutacione nō est os-
pis. Quid: quod fatetur HVN ad Eph. 379. & Lutherū
pronunciaſſe, Christum non GENERALIORE illa præ-
sentia (VBIQVITATIS) esse in cœna. Igitur VBIQVI-
STÆ pro suo nouo ſomnio & non pro Lutheri dogmate
digladiantur, & fallaciter eius autoritatem suis nugis
obtendere propria confeſſione conuincuntur. Tanto au-
tem magis voce diuina refluitur, ut non sit quod HVN
ſuas stipulas de humanitate omnipotente & omnipræſen-
te illis Pauli flammis (MORTEM DOMINI AN-
NVNCIATE DONEC VENIAT) exuri & abſumi ne-
get. Atqui illarum cineres & fauillam ostentat, quod
ubi confuſionem Idiomatum diuinorum, realem carnis
omnipotentiam & omnipræſentiam nuncupauimus, mu-
tato vocabulo perſpicuo & ſui erroris proprio, confuſi-
onis ſcilicet, fabulam ſuam obſcurauit, ſubstituta ut ſolet
communicationis voce ambigua. Nemo autem dictioni,
qua est σκυρωτικὴ & propria, de industria ſupponit
equiuocam & alienam, niſi cui propositum eſt male do-

6686.

CONTRA EG. HVN.

confusione,

cere. Quamobrem et captatione perpetua vocabuli obijcit.
διωνύμος (quod de gratia unionis, capit is et habituali ab orthodoxis usurpatur, quae omnia talia sunt ut confusione respuant et repellant) dolum prodit, quantumlibet cælatum, et abstrusum errorem sic esse stupidus vicit, hebetior mugile, qui, ut Plinius autor est, abdito capite se torum non confici putat. Nam occultare hic aliquid vere, ille nihil potest. Quo i. m erroris natura non patitur, donec veritatis lux non extinguitur. Eam vero semper DEVS, qui lux et veritas est, vindicatur auctetur.

PORRO Cyrus, dicens Λόγον se totum communicasse carni, ut in perpetuis scriptis suis (ex quibus estimandi sunt omnes, cum boni tum sacri scriptores et autores) declarat: unionem inconfusam, cum patribus Calcedonensibus et omnibus orthodoxis, qui eum antecesserunt, vel secuti sunt intellectus. A quibus universis cum se dissentire HVN demonstrauerit (quemadmodum et a scriptura) neq; cum illo consentit, siquidem unionem INCONFUSAM non intelligit. Etenim Eutyches am confessionem non solū idiomati, sed etiam naturarū manifestius quam ante afferit, scribens p. ad Eph. 112. recte dictū et scriptū a nonnullis: HUMANITAS EST DEVS, modo per Sycophantas non depravetur. Intelligit autem Sycophantas, qui tribuunt ei, quod humanitatem natura liter, ac non in ipsa unione DEVUM esse sentiat. Quod cum nemo ei affingat (quemadmodum et illud, de quo supra A. S. b. ex ore suo connectus est, quod statuat di-

Ad Eph.
112.

CONSTANT. GRA FID. CHRIST.

uinitatem passam esse proprietate naturali, quamebrem
ibidem petulantier nos Sycophantas dictos esse monim⁹)
hoc stratagemate quasi Eutychium nomen effugiturus,
minime effugit. Nam vero Eutychismo, ut ḡvis alis
viscatis, impeditus h̄eret, qui de fictuio ⁊ non de vero
Eutychismo (qui Calcedone ut vōmica, doctrinæ Euangeli⁹
nocentissima, dolosissima ⁊ ἀλγεια. Tāt⁹ rejectus
est) se purgat, ab exiij autore ac duce seductus, quan-
tūnis Eph. b. 7. tanquam a spiritu bono gubernatus, ma-
lignum spiritum in suis organis ægre ferre dicat, quod ca-
lumniarum rimas obstruat. Atqui ut amantes somnia,
sic errantes calumnias fingunt, quo veri naturam, falla-
citer imitando hac etiam ratione adulterent, ipsius inimi-
ci longe immanissimi. Est igitur ⁊ hæc una inter
falsitatis Eutychæ notas, eaq; non postrema, ad quam re-

Refellit cō spexit HVN, quādo se abſinere illa propositione, dixit, ne
fusionē naturarum
Paulus nulla erroris detur occasio intelligēs errorē, si proprietas
Rom. 9. naturali fingatur humanitas esse DEVS. Quod ut erro-
rē eſe fateamur, an quisquā hæreticus finxit necimus.

Sed non ille modo, verum ⁊ hic est error,
si humanitas Christi in iſſa unione dicatur eſe rea-
liter DEVS. Quod Apostolus Roman. 9. docuit, quando
Christum ex patribus SECUNDVM CARNEM eſe
confirmavit. Ergo contrariam propositionem Euty-
cheam p. ad Eph 114. Christus secundum carnem eſt
DEVS (ut illam humanitas eſt DEVS) repudiauit, et
aliud Euangeliū eſe docuit, cui quæ ab eodem merces
Gal. 1. decernatur non eſt ignotum. Quam ne accipiat

HVN,

CONTRA EGID. HVN.

HVN, retexendi se & emendandi errorem, tempus sumum est. Confirmat enim Apostoli doctrinam Salvator ipse met, Matth. 22. Interrogans : si Christus (quem tunc Pharisæi nondum adesse credebant, & tamē e Psal: 2. sic appellabat os veritatis) est Dominus Dauidis quomodo filius eius est & Infert, juxta Apostoli declarationem Theodoretus : Ergo juxta aliud (sc. diuinam naturam) Dominus & Iehoua, juxta aliud (humnam naturam) filius.

Laterem autem lauat HVN, quod falsam suam propositionem, distinctione personalis & essentialis Deitatis, verisimilem reddere nititur. Nam cūm fateatur ad Eph. p. 102. 112. 113. Λόγον & essentialiter & personaliter esse omnipotentem ac DEV M: conficit ipse distinctionem inter Deitatem & omnipotentiam essentiam ac personalem, quarum alteram Deitati, alteram humanitati realiter competere argumat. Nam cūm Λόγος a sua essentiali omnipotentiā non differat realiter, qui humanitati personalem ipsius omnipotentiam & Deitatem asserit, etiam essentialē tribuat necesse est, qui essentialē discernit, etiam personalem distinguat. Illa enim se mutuo ponunt ac tollunt. Ideo Epistola ad Heb. c. I. loquens de Filio, quem nuncupat Filium personæ vocabulo, intelligens personam subsistentem in duabus naturis (non dolose nominat ut ignorantiae Doctor, Christum secundum humanitatem, Christus homo, quo nihil aliud vult quam humanitatem Christi) juxta diuinitatem ei non men Filiij DEI realiter in persona conuenire contra Eutyo-

Christ⁹ Eu-
angelium
Pauli cōfir-
mat Matt.
22. & eos
sequitur
Theodore-
tus.

Irrita dia-
stinctio:
Deitate
personali-
tatem hu-
mani-
tatem:
essentiali-
λόγον es-
se DEV M.
Idem obie-
cimus in
ref. p. 29.
de quo
HVN tar-
cuit.

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST:

ehos docet: Quando ab eterno Pare dictum refert,
filius meus es tu, ego hodie genui tui. At si humani ac
sit personaliter filius DEI, personaliter genita sit de sub-
stantia patris oportet. Quod HVN certe accere
non vult.

Falsa assertio, quod
humanitatem exclu-
damus a
propositi-
one: Homo
est DEVS.

Progressus autē rursus ad nostrae doctrinae vituperat-
ionē p. ad Eph. 13. palā falsum refert, quod (qui juxta
Christi Pauli & uniuersae scripture et Ecclesiæ doctrinā,
refragamur Eutychesmo) humanitatē ab illa proposi-
tione, Homo est DEVS excludamus. Nō autē necessariū
est resistenter Eutychesmo, concedere ad partes Nesto-
reas: Quod est ignorantiae Eutyches admodum pueris-
le sophisma. Ac de illo ipsi satisfactum est, quando ex
Damasceno a nobis in Isagoge scriptum est: Ipsius verbe
hypostasis, est utriusq; naturarum hypostasis, neutrano
inexistentem esse permittent, & ex Boetho, DEVS est
homo, DEVS quidem natura, homo assumptione, & homo
est DEVS, homo quidem natura, DEVS assumptione, &
ex Vigilio, Persona verbi in carne est, Persona carnis in
verbo. Et ex Anselmo, Quemadmodum pater est DEVS,
& filius est DEVS & Spiritus sanctus est DEVS, ita in
Christo DEVS est persona, & homo est persona, nec tamen
sunt due, sed una persona.

Itaq; non humanam tantum naturam, quemadmo-
dum Eutyches Schwēnkfeld & HVN, nec tantum diui-
nam naturam, ut calumniatur, sed υφισάμενον unum in
duabus naturis essentialiter subsistens, quod est persona
positione. Christi, voce hominis Christi invenimus. Et sic an-
titheosis

CONTRA EG. HVN.

Christ⁹ est

DEVS:

HVN affir-

gendo nos-

bis faljam,

C negan-

do veram

nostri à sens

teniā, cō*

firmat, s̄

veram di-

cat, nos eſe

se orthos

doxos.

thesin in dicto Pauli custodimus, i. Cor. 15. postquam per hominem (Adamum) mors: ita per hominem resurrectio mortuorum. Nam personam carnis in verbo intelligimus hominem. Pro qua sententia cum Nestore am notis affingat, nisi fingat, nostram doctrinam sibi necessario approbandam, & suam condemnandam esse rursum demonstrat. Vbi Damasceni, ubi Vigiliij, ubi Boethii, ubi Anselmi, ubi aliorum veterum scriptorum de persona Christi subsistente inconfuse & inseparabiliter in duas naturis, vera, grauis, cōserua & plana autoritas in scriptis HVN: Vbi hanc custodit quam nos allegamus veram Lutheri doctrinam: Catholica fides est, ut unum Dominum Christum confiteamur verum Deum & hominem, ex hac VERIRATE geminæ substantiae & unitate personæ sequitur illa, quæ dicitur communicatio idem omatum, ut quæ sunt hominis recte de DEO, & e contrario DEI sunt, recte de homine dicantur. Vere dicitur homo iste creavit mundum, & DEVS est passus & mors Confusus. Non tamen haec rata sunt in abstractis. Ita idiomatum facere Christum hominem omnipotentem, & naturas & quā HVN earum proprietates impudenter permiscere. Hoc autem admittit a HVN palam facit. Quamobrem naturas & earum Lutheri proprietates Lutheri etiam censente confundit: Quo reiecta modo igitur in Apostoli dicto i Cor. 15. & līcet nō HVN deo delet ac tollite Quæ juxta ventum opinionis eius haec let antiest. Sicut per hominem mors, ita per humanitatem quæ thesin in DEVS est, resurrectio mortuorum. Quæ certe anti-dicto Pauli thesis nulla est. Ideoq; Apostoli mens minime fuit. lii. Cor.

C 5

Scripsit 15.

CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

Scripsit autem ad Eph. 316. pseudodoctores adorari simplices non aperte, sed teste et fraudulenter, varijs modis & rationibus fingentes, pingentes sua dogmata, scripturas torquendo mutilate ac peruerse allegando, & quibus possunt artib⁹ ludificando simplices, ut in nassam errorum illiciant. Quid horum omnium HVN intermittit. & tamen pro fido Ecclesiæ pastore & Doctore haberet & celebrari vult.

Vbi recitat propositiones, quas vocat inusitatas p. ad Eph. 149. 150. illas Eutychias omisit (humanitas est DEVS, humanitas est omnipotens) Quare Eutychismus inter propositiones de filio DEI veras, ipsius aduersarij testimonio non ferri potest. Ait quidem, Cyrillum dicere corpus Christi esse diuinum, quia DEI CORPVS. At Cyrus non dixit, quia CORPVS est DEVS, Ergo inseparabilem unionem DEI verbi & carnis assumptæ contra Nestoreos demonstravit, ac pro Eutychis nihil dixit. P. ad Eph. 194. dicendum fuerat perspicue, qui negat humanitatem realiter esse omnipotentem, idem humanam naturam filium DEI esse inficiatur, nisi Eutychismus illi ipse suo defensori non satisfaceret: Sed ille errorum nebulis ambiguarū dictiōnū abditū esse & latere maluit: *Quisquis* (inquiens) derogat carni communicatiōne omnipotentiæ Verbi realem, is & personæ Λόγος cōnicationem illi derogat. NON aliud, quam confusione naturarum & idiomatum intelligit, quotiescumq; communicationē nominat, ut quæ inde ab initio usq; ex charis eius recitauimus bona fide, ostendunt omnia. Hoc illa

CONTRA EG. HVN.

imoluero toties subtracto, quoties eo deformem erroris
speciem obnubit, quid futurum est apertius & eius fal-
sitate omnibus hominibus manifestius ut vel ipsos aduersa-
rios non sui pudere non possit, cum & largiantur isti, et
omnibus hoc persuasum sit, omnem unionem personalem
inconfusam esse. Et quia nobis non difficultas est, vulnus
subducere, quam aduersario illud obducere: quando
illum in multis fraudem facere non pigrit, in paucis eam
decretere operae premium est. Num, ut verbi causa ordina-
mur ab exemplo proximo: si dicamus. Quisquis derogat
carni confusionem omnipotentiæ verbi, si derogat confu-
sionem personæ verbi, nonne vel ipse HVN delirium
hoc esse absurdissimum dicet. Sed mutato vocabulo hoc
egregium dogma ille defendit, et tamen vix a quo animo
feret, quod ignorantiae Doctor insignis idco audiat.

Eiusdem famæ sunt: confusionem illum esse rea-
le aliqui, immo realissimum, relationem esse. Τρόπων γε
τοξείως esse, simile quiddam modis subsistendi in diui-
nis (parū absfuit, quin Luciferi antiqui more concende-
re & occupare solium filium DEI pararet, immo nomen
malestatis arripuit) Quid dicam, de duplice nouo via na-
turarum & quam fecit ab unione diuersam in Thesibus &
libellis, & sine ea unionem nudam esse dixit: intelligens
nihil aliud, quam confusionem naturarum. Subiecimus
hæc ipsi, sicut et de triplici confusione idiomatum, quare
primā fecit idiomatū humanorū potissimum, secundā actio-
nū, tertiā idiomatū diuinorū: Lapis plus loquitur, quam il-
le de his respōdit. Quā cōciūm erit, si dicatur actus pri-
mus

CONSTANT. GRA. FID. CHRIST.

missus confusionis, & hanc esse gratiam unionis, & mox
exinanito confusionis, tum actus secundus confusionis
& hunc esse statum exaltationis. Plura exempla recitare
nimis longum est. Quam fædum sit Eutychæa con-
fusionis delirium, vel de his liquido patet. Id cælatus
rus HVN voce communicationis, magis aperuit. Nam
præterquam, quod eam violenter abripuit, qua tamen nis-
HVN abu- bil pnuatur: obtendens ipsam errori suo, hunc esse tur-
sus vocatu piorem, quam qui suo nomine appelletur & longe melia-
lo communis orem esse causam, cui propriæ debetur illa nouvæ vox
unicationis stolidus rursus contra seipsum evidenter demonstrauit:
ut fæditati Ut ne dicam clarissime cerni, Eutychesnum inopem cog-
fui delira- vel colorem præsidij aliunde rapere: & tamen patrocia-
menti alti- nans huic incredibili desiderio ardet abolendi præ-
quam um- illo veritatem, de qua dicitur, forte vinum, fortis mul-
bram indu er, fortis rex, omnium fortissima veritas. Vana petit qui-
ceret, eam uis recordè cupidine vanus.

illustrauit. Præterire non refellere potuit, quæ de illa com-
municatione obserimus, (quam & unctionem dicimus)
ubi de gratia unionis & capitis & habituali in Isagoge
c. 5. & 22. & in ref. p. D. 2. 3. 4. & p. 119. 120. etc.
agimus. Qu mobrem prætermittendo, quæ refutare
non posse est, vera esse confirmat, & suum dogma falsum
esse ipsem rursus patefacit. Nam ut pro unione per-
sonali contra Nestoreos & Eutycheos p. ref. 77. asseria-
mus, multo maior dignitas est, hominem Christum esse
omnipotentem, æternum, omnipresentem, immensum etc.
verissime, sicut idem verus DEVS est, quam quod HVN

bis

CONTRA EGID. HVN.

humanitatem ipsam esse talem pugnat: Qui summe illa gloria & dignitate (quasi ex eorum numero, qui veniunt ut furentur & mactent oves ac pastorem) Christum exsultit, & in suis propositionibus doctrinam illam salutis laberibulum & perfugium erroris esse criminatur. Conscius ne est sibi facinoris tanti, & coarguit eum Iehoua, & egregias res gestas ob oculos ei collocauit, quod de hoc obiecto prorsus obmutuit: Non aliter se res habet, quam reus accusatus tacens consentit.

Facinoris tanti reus, quod Christo nos tantum creatas dotes attribuamus gannit d. 2. Sed quoniam (ut in ref. & paulo ante h. 2. demonstravimus) ipsius propositio est negativa falsa, & confusio idiomatum Eustachia, & nostram eius refutationem sustinere non posuit HVN, quin turpissime ad latebras ambiguitatis confugeret: summa temeritate ideo allatrat hoc, quod humanitati Christi creatas dotes, in ipsa unione, praeter gratiam HVN praunionis & capit is osserimus, quas dicimus respectu creatoris quidem finitas, sed ratione creaturarum similes simone Eusebii, juxta dicta, Omnia subiecta ei sunt, praeter tychea, cum qui subiecit ei omnia, unctus est oleo laeticiæ ultra tenit. quæ consortes nostra corpora conformia erunt gloriose corpori Christi, &c. Excellit caro Christi (ut inquit dotib⁹ cap. Leo) non diuersitate generis sed sublimitate gradus vir nis Christi tutis, quod summis ex illo ad Eph: 5. Caro de carne nostra, in unione, os ex ossibus nostris. Sed quia in unione illas dotes carni juxta scripturam nos tribuimus, ut est perpetua nostra doctrina, turam. Sed & a Deitate discernimus, contra Nestoriū et Eutycheli: ne quia: ne quidam auius est

dicere pro CONSTAN. GRA. FID. CHRIST.

Jua causa, quidum testimonium habemus, quod Christo non tantum
nos adire finitas dotes afferamus. Nonne diuersi generis caro
matiuā vīcē effet, humanitas realiter omnipotens & DEO coessenti-
ram, verē alia illa effet, & si audem, qua coluber antiquus impulit
terre in ne- in tristis imum lafsum primos parentes, insinuaret, quod
gatiuā fal- & electi futuri effent opūdōrō DEO. Quod nīt
jam. vide qui nimium obesē naris est, nemo non olfacit. Et sic
b. 2. quidem HVN dans p̄enam sp̄ecie veritatis de creatis
Fra⁹ anti- donis, quas carni Christi extra unionem cum Nestorio
qui colu- tribuit, per quam frigide loquitur d. 2. Quo Pauli
tri ab Eu- illud ph. 3. torqueat, Corpora nostra erunt conforma-
tychēis re- glorioſo corpori Christi. Sed in unione carni Christi
ducitur in contra Eutychem Paulus illam gloriam tribuit. Quod
theatrum. cum nō ſentiat HVN, rursus ſe Nestorcum & falſum &
HVN ad nos veros ac orthodoxos eſſe probat, et ne quidem caſſa-
